NUPTIIS,
VIRI
NOBILISSIMI AMPLISSIMI ac CONSULTISSIMI DOMINI
IACOBI MEISNERI
CONSULIS SENIORIS, QUAESTORIS PRIMARII
ac SCHOLARCHAE GRAVISSIMI,
CUM FEMINA
NOBIL. ac FLORENTISSIMA
ELISABETHA
NAT. **LENSKIA**
BEATI VIRI
MAX. REV. AMPLISS. ET CLARISS.
DN. EPHRAIM PRAETORII,
REV. MINIST. I. A. C. ADDICTI SENIORIS
& PASTORIS THORUN. OLIM
VIGILANTISSIMI
VIDUA,
D. V. SEPT. ANNO CIↃIↃCCXXIIII.
FELICITER CELEBRATIS,
EX ANIMI OBSERVANTIA APPLAUDEBANT
RECTOR ET PROFESSORES
GYMN. THORUN.

THORUNII
Impressit Ioh. Nicolai NOB. SENAT. & GYMN. Typogr.

LAnges Warten schadet nicht/ wenns nur klüglich ist gewartet/
Wenn sich nur nach langen Warten stellt der Hoffnung Endzweck ein.
Ist doch schon selbst die Natur/ in den Zeiten so geartet
Daß erst/ eh die Früchte kommen/ Blüth und leere Blätter seyn.
Denn je länger die Begierd sich erhält in Hoffnungs-Winden
Desto grösser scheint das Gute was das lange Harren stillt.
Süsse Trauben lassen sich reichlicher am Weinstock finden
Wenn der Thränen-Safft zuvor nach dem scharffen Schnitte quillt.
Edler Bräutigam/ Dein Glück wil sich etwas heitrer weisen
Da Dir Dein so langes Harren reiche Beute hat gebracht.
Zwar das Rahthauß und die Schul konten sich recht glücklich preisen
Weil du ohne Hindernisse Dero Wohlstand nachgedacht.
So vermeintestu allein Deine Sorge dem zu weihen/
Wo sich GOttes Ehr und Nutzen unsers Nächsten liesse sehn.
Denn wers recht mit diesem meint/ muß sich dessen offt verzeihen
Was Ihm dar zu seinem Labsall und Vergnügung konte stehn.
Doch wer tadelts? wenn Du auch offt gewünschet das zu haben
Was der Einsamkeit Beschwerden einger massen lindern kan.
Das/ was in Verdruß und Leiden noch das schwache Hertz kan laben.
Und wo in vergnügtem Lieben fängt ein Himmlisch Leben an.
Allerley Veränderung giebt denn allerley Gedancken
Kugeln sich bald hier die Fluthen mancher Wiederwärtigkeit/
Fallen sie doch balde nieder. Und dort öffnen sich die Schrancken
Wo die Hoffnung nach den Stürmen wieder Annuths-Körner streut.
Buch und Feder legt man weg/ auch zu Zeiten die Beschwerden/
Welche Stand und Ampt befiehlt. Daß die Sinnen und der Leib
Durch die Ruhe von der Last wiederumb erquicket werden/
Da der Geist bey solchen Wechsel hat erwünschten Zeitvertreib.
Edler Bräutgam/ dieses soll Dir nun auch zu theile werden/
An dem Schatze den der Himmel heute Dir zur Eh gebracht.
Was GOtt seinen Kindern gönnt daß Sie glücklich seyn auff Erden/
Hab in unverrückter Ordnung dessen Rath Euch zugedacht!

Aus schüldiger Pflicht wünschet
dem Edlen Hochzeit Paar
von grund des Hertzens
solches

Pet. Jänichen.

Quid

Q Uid jam jura juvant, quid civica pondera legum,
Quidque juvant nodi Triboniane tui?
Justineana parum votis sunt prona secundis
Jura, favore carent, vel sine honore jacent;
Nec tamen hæc nostrum SPONSUM, SPONSAMve morantur,
Utraque quin credant, quod benedicta fient,
Et bene succedat thalamus tumulo, NEONYMPHIS
Hic reddit thalamus fata secunda novus.
Atque secunda vocant hæc, cuncti, vota secunda,
Quod dotata toro Sponsa recepta, venit:
Conjugis & blandæ complexu morte soluto,
Rursus in amplexus, SPONSA DECORA, redit.
Felicem se SPONSA putat, Tibi nupta Marito,
In Te, quæ Senem, gaudet habere, novum;
Unus eras Senior Consul, quo nuberet, uxor
Divini Mystæ, quæ Senioris, erat.
Indeque conveniunt NEONUPTIS illa Poetæ:
Si qua voles apte nubere, nube pari.
Nobile Par, quod blanda Venus, quodque æquus Apollo
Junxit, sic simili sors ligat atque toro.
Omen adest, sed quod Vos ipsi conditis, & quod
Nititur auspiciis, O! DEus alme, Tuis,
Cesset utrinque dolor, redeant recreamina SPONSIS,
Tristitiam excipiant gaudia, moeror abit.
Hactenus in viduis probitas exercita rebus,
Materiam læto tempore, laudis habet.
Hæc etenim lux est astris exorta benignis,
Gaudia sunt isthac multiplicata die.
Sparge sacram Titan grato nunc sidere lucem,
Et lætum rutilo funde nitore jubar.
Juno Venusque novis sunt addictissima tædis
Numina, restituunt damna priora tori.
Sic Viduam duxisse piam, cum dote venustam,
Gratulor ex animo, SPONSE COLENDE, TIBI.
Felix nunc, votis animum lactantibus, imple,
Felix, & spebus perge litare bonis.
Inque sinu Dominæ, carisque nepotibus, olim
Gaudia tranquillæ plena quietis age.
Magna DEI bonitas & inenumerabilis Almi
Gratia, defendat, Teque, tuamque domum.
Conjugium vestrum præsentia Numina firment,
Nec turbent mollem nubila tetra torum.
Gaudent Aonides, lætantur & undique Cives,
Acclamat lætus plausibus his, populus:
Hic datus est coelo Patriæ feliciter! Euge
Dicite: FELICES VIVAT AGATque DIES.
VIR GRAVIS ET SENIOR CONSUL MERITISSIMUS URBIS,
Hostis Ἀδικίας Justitiæque Pater.
Cor Patriæ Fidum MEISNERUS, qui bene rebus
Prospicit & curis, urbis, ut & Cameræ;
Una manu gazas, manus altera ponderat artes,
Atque aliquod precium palladis esse putat.
Crescat opum cumulus Cameræ, cum foenore; Musis
Quas dabit, has solas semper habebit opes.
Impediant nunquam mala Nostrum vota Scholarcham,
Quem Patrem & Dominum, suscipit usque, suum

Pindus, nominibus devinctus, qui Tibi multis,
Ex quo Tutorem Te vocat ille suum.
Cujus jam multis in nos gratiosus ab annis
Cultus, (quem nunquam dissimulare queo)
Et favor ille Tuus (decet hoc meminisse) probatus,
Perpetuo studiis munera digna dabit.
Quum tua progressus habeat fortuna, perennes,
Quumque ope non egeas ipse, juvesque Tuos;
MUSÆ cuncta prius, quam TE Carissime, credent
Mutatum, curam deposuisse sui.
Nulla Tui capiant Temet fastidia Pindi,
Sed faveas Musis, Musicolisque viris.
Queis clavum teneas porro, & per secla, precamur,
Decurrant placidam carbasa nostra thetin.
Adsit & auxilio DEus ultro, nostraque per Te
Nunquam non portum salva carina petat.
Fervidus ignota & Musis Tu gaudia, quæras,
Aoniis pandas & loco justa, viris.
Sis tandem tutela choro, Scholæque Patronus,
Relligionis apex, sis, maneasque sacræ.
Exulet impietas & iniquæ dogmata sectæ,
Ac infensa piis rixa, furorque Viris.
Stet Pietas, stet justa sacris reverentia templis,
Et labet haud quicquam Relligionis opus.
Plura alii vovenda dabunt, ego plurima verbo.
Complector: FELIX PERPETUO VIGEAS!

Observ. ergo Gratulab. pos.
M. Reinholdus Frider. Bornmannus.

TAndem oritur geniale iubar, binisque peractis
Meisneriana domus collucet Cypride lustris.
Tandem Erycina favet, cestoque ornata superbit,
Toto delicias gremio ac diffundit amores.
Non morosa Themis scandit sublime tribunal,
Non & verba foro profert solennia Prætor,
Castigatque Astræa nefas, vel fascibus horrent
Rostra, sed alma Paphos myrto facibusque ministrat.
Et causas iam dicit Amor, legesque iugales
Materno auspicio dictat firmatque monendo,
Sangvinis hæredem ut quærat, solenne maritus
Poscat ut officium, ac socialis munera lecti.
Sic, ubi vel mediis vectat Saturnius undis
Europen, non horret aer, non tela trisulca
Montibus Ætneis nudatus membra Pyracmon
Fabricat, ac praepes defert Jovis armiger ales.
Vel cum succubuit Marti Romana sacerdos,
Deposuit Mavors clypeum lanceamque sonantem,
Sævaque devinctus laxavit iura duelli.
Scilicet alternis vicibus tractantur amores,
Et rigidas Lucina thoro mutare secures
Assolet, Hunc etiam cursum tenet aurea Virtus,
Ut, quibus Eurotae manavit pulvere sudor,
Vel quos pro patria castrorum torruit aestus,
Sublimes hos palma vehat, populusque Qviritum
Exornet trabea, mittatque in secula famam.
Illa quidem propriis opibus subnixa refulget,
Sese una dives, fati secura, favore
Et plausu non sveta rapi: sibi conficit ipsa
Laurus, ipso sibi recinit pæana, colossos

Fundat

Fundat, & æternum ſtatuit ſine cæde tropæum,
Ut ſe cunque tamen virtus contenta niteſcat,
Gloria tergemino invitam conveſtit honore,
Jam ſtatuis arisque colit, iam ſede curuli
Collocat, ac lætam cingit diademate frontem.
Et tu Copia ades, millenaque divite cornu
Munera diffundis; ſiue his Gangetica tellus,
Seu Tarteſſiaci regni famulentur arenae.
Eſſet nempe nefas, Curios fortesque Camillos
Fumoſas habitare caſas, truncare maligna
Allia, pro dulci poſcam ſorbere Falerno;
Si ſit menſa tripes, Vaticanusque catinus,
Ruſtica ſi Phyllis, vel ſit detrita lacerna,
Has illos ſibi divitias vel regna putare.
At contra Seianus aret ſi iugera mille,
Marmore ſi Pario conſtructa palatia ſurgant,
Citrea menſa auro varie diſtincta coruſcet,
Lances Oceanus, ſylvæque chryſendeta plena
Conficiant, Liber Serrano Conſule nata
Cæcuba murrhinis vaſis gemmisque propinet,
Conchyliata fluat veſtis, rigeatque ſmaragdus
Non uno digito, modiis ſeſtertia totis,
Non etiam loculis Seianus ſupputet idem,
Irritet non una Venus ſua lumina, nardo
Aula fluat tota, ac Syrios exhalet odores:
Hæc inquam fortuna potens ſi ſæpe negaret
Mentibus excelſis; quæ tandem præmia virtus
Noſceret, arderet vel qvis virtutis amore?
Non numeraret enim validos Gradivus alumnos;
Curia noe faſces, non Pallas regna teneret;
Ipſe iterum vaccas lata convalle Pheraeas
Paſceret, umbroſa platano proiectus Apollo.
Sed bene conſuluit rebus divina Pronoea
Terrigenum, cantare inbens epinicia vates,
Atque triumfales pugnis ſuccedere palmas.
Læta quidem primum natos ſudare premique,
Arduos eniti in ſcopulos, iterumque repelli
Conſpicit. indurat, frangit, ſibi præparat uni.
Exagitent, inqvit, morbi, damna, atque labores,
Excutiant lacrymas, morti contermina vita
Fiat, & exhauſto marceſcat corpore ſuccus;
Dummodo per clades obducant pignora callum,
Mensque invicta fiet, variis exercita monſtris.
Sæpe cadent, ſæpe aſſurgent, non excidet illis
Palladium, flexoque genu pugnare parati,
Fortius excipient adverſo pectore lethum.
Sic, ubi vallatos edura mente Pronoea
Miratur: ſatis eſt, inquit, gens aurea, divis
Progenies dilecta, ſatis: tibi Tartara cedent,
Ferreique Eumenidum thalami, Scyllæque biformes.
Nil centumgeminus Briareus, nil Gorgones atræ
Obſiſtent, dextramque tuam Titania proles,
Et quicquid poſuit primis in faucibus Orci
Græcia cum Latio, blando cum murmure lambet.
Gens invicta malis, magnus cui militat æther,
Huc ades! exacti mercedem ferre laboris
Jam decet, ac viridi vultus involvere lauru,

Scande

Scande triumfalem currum iunctoque leonum
Agmine, dirigito celsa ad Capitolia cursum.
Gloria magna vocat, vocat ad donaria Virtus:
Seu te sceptra iuvant, seu septizonia regum,
Parrhasiæque domus, vel præfectura Canopi;
Sive iterum te castra, tubæque, & classica rauca
Oblectant; ad iussa aquilæ pictique dracones
Per niveas Alpes tendent, Scythicasque pruinas.
Sin mage Rostra placent, pacisque excellere præstat
Artibus, hac etiam currenti ad sidera famæ
Gloria pandet iter. Venient insignia, villæ,
Hortique Alcinoi, Baiæ, vivaria, Tempe.
A Iove submissus vestras irrumpet in ædes
Plutus, & effundet sestertia mille perenni
Fonte: fluent gemmæ Nabathæo sole calentes,
Aureoli torques, carchesia ficta Myronis
Et cælata manu. Veniet comitata Lyaeo
Flava Ceres, sua dona feret maris Amphitrite
Regnatrix, nemorumque potens sua munera Virgo.
Hæc quo colliment, spes & tutela Lycei,
MEISNERE, haud dubiis liceat cognoscere signis.
TE Tua vis animi, pietas, constantia, mores
Blande hilares similesque sibi; Te iuris & aequi
Temperies, intacta fides, & cura peculi
Urbani, insomnes ob publica commoda noctes
Ad maiora vocant, cupiuntque extendere nomen.
Alma Themis nuper, mentis mirata vigorem,
Indoluit curis, sicque est affata Pronoeam:
Dia soror! diffusa tibi sunt lumina in omne,
Quod mare, quod cœlum, tellus, vel dicitur äer:
Tu casus hominum libras lustrasque potenti
Numine; tu justa dispensas lance labores,
Qui luctus perferre graves, qui gaudia norint,
Saxa per & Syrtes ad amicos tendere portus.
Olim vidisti, Themidis MEISNERVS alumnus,
Vistula Thoronæ exustæ qua moenia stringit,
Ut patriam exornet, quando sibi vivere soli
Nemo bonus, non delicias, non otia quærit.
Artibus ingenuis iam pridem eluxit, in arctum
Virtutis se trusit iter, succinctaque curis
Pectora condidicit, vigilesque ad tempora sensus
Ferrea servare, ac dissolvere nomina magna.
Est ætas habilis, sunt firmæ in corpore vires:
Subsidium virtutis adest, interrita nempe
Undique mens, orisque lepos, longissimus usus.
Quam vereor, ne, dum premitur peioribus annis
Prussia, succumbat defecto corpote natus.
Quam vellem, veneranda soror, fastidia vitæ
Corrigere ut possit, sponsamque inducere in amplam
Te curante domum. Videas huc ire frequentes,
Qvi responsa petant, qui templa, & tecta Lycei
Sarta velint servare, ac dispensare tributa.
Lux tamen omnis abest, nullam quia sponda maritam
Hactenus admisit: namque edulcare labores,
Frontem porrigere, & poterat distingvere curas.
Quæso novas accende faces, da noscere nurum;
Currat in amplexus, dilataque gaudia lecti,

Soliqus

Solibus exactis, geminet Thoronica nympha:
Nympha viro facili facilis det pignora mater,
Quæ trabeata pater videat. Felicior annus,
Candidus annus eat, noctes sine nube serenæ,
Lunaque cum Titane suo conspiret amice.
Dixerat ista Themis, vultuque Pronoea renidens
Infit: Magna soror, reges fascesque curulesque
Exhibeant, sed nos magna cum dote maritam
Addere quid prohibet? dabimus quod provida mater
Flagitat, ut virtus habeat, quo latius aureum
Efferat ipsa caput, vel primiceria vincat.
Est urbis matrona decus, cui veris honores
In vultu resident, vultus gravitate decorus,
Feminea plus sorte sapit, fert nomen Elisæ.
Hanc MEISNERE Tibi iungam propriamque dicabo;
Illa tibi absterget curas, ac tædia fallet,
Tædia quæ leges peperere & grande metallum.
Ac veluti ex fatis cessit Cassandra potenti,
Quove Creüsa prior, jacuit Lavinia lecto,
Vel quas Augusto fovit Scribonia, numqvam
Livia magnanimi protrivit Cæsaris ignes;
Sic quæ Presbyteri est non dedignata seniles
Amplexus, MEISNERE Tuo nunc igne calebit,
Hocque implexa Tibi blanda inter svavia dicet:
Posse hierarchiam stabili consistere nexu
Et Proceres, neutrumque statum concurrere semper
Frontibus adversis, peior quod censuit ætas.
Macte hoc conjugio! venientes molliter anni
Decurrent, matura Tua est hoc sidere messis.
Audiit hæc Helicon, floresqne ex ordine sparsit,
Thura deæ libans, subito quum Astræa recessit,
Cortinaque levi ridens abscondit amantes.

Lætus L. Q. F.
Jac. Zablerus.

DEr allzugrosse Schwarm der frechen Atheisten
Nimmt zwar zu dieser Zeit / auch selbsten bey den Christen
Gewaltig überhand; und düncket sich so klug /
Das Biebel und Vernunfft noch ihnen nicht genug.
Wie viele suchen nicht sich selbst zu übertäuben!
Weil aus Verwegenheit sie allzuleichte gläuben:
Man halte den vor klug der alles leugnen kan /
Und sehe den / der glaubt / als unverständig an.
Und wenns zur Sache kommt / muß ihre Kunst verfliegen /
Und Einfalt selbsten kan die falsche Schaar besiegen;
Daß der allein sich dünckt / so weis' und klug zu seyn /
Nun sieht / er glaube dis von sich auch nur allein.
Berühmter Männer Fleiß hat längstens widerleget /
Was ausser falschen Schein nichts ächtes in sich heget;
Doch ausser dem zeigt uns den Schöpffer die Natur /
Und jeder Schritt beweist der Gottheit neue Spur.
Man hat vor alters schon aus jedem Halm gelehret /
Daß man nicht ohne Recht ein höchstes Wesen ehret;
Doch darff man sich nur selbst ohn Vorurtheil besehn /
So muß man alsofort der Gottheit Krafft gestehn.
Der wundervolle Leib und alles aus und innen /
Führt auff die Allmacht uns auch mit den äussern Sinnen

und

Und wer der Seelen Krafft nur etwas eingesehn/
Muß daß nichts irrdisches der Ursprung sey/ gestehn.
Die Güter die an Leib und Seel der Mensch erkennet/
Sinds aber nicht allein. Auch die das Glück benennet
Eröffnen uns die Thür da man den Schöpffer sieht/
Wenn nur kein finstrer Wahn davor die Decke zieht.
Wer sonst nur nicht Vernunfft und Augenschein verletzet/
Und mit den Stoickern ein tolles Fatum setzet /
Erfähret an sich selbst die Schickung allzuwohl/
Die ihn auffs Höhere mit Andacht führen soll.
GOtt zeigt sich wunderbahr in allen seinen Wegen/
Der Fluch/ der Boßheit trifft und der Gerechte Seegen/
Legt sich so deutlich dar/ daß wer es recht bedenckt/
Ohnmöglich seinen Sinn aus diesen Schrancken lenckt.
HOCH EDLER zürne nicht/ daß wie Dein Tugend Leben
Dir selbsten nichts als Glück/ mir so dis eingegeben;
Daß der Versehung Krafft/ die Dich bißher geführt /
Auch mich auffs kräfftigste in meinem Hertzen rührt.
Man hats ja theis gehört/ theils habens viel gesehen/
Wie Tugend und Verdienst bey Dir im Glücke stehen
Da Dich des Höchsten Hand biß an den Sitz gebracht/
Darauff Dein Fleiß noch jetzt zu aller besten wacht.
Jetzt will Dir diese Krafft der Tugend Schwester setzen/
Und soll des ersten Mann der Männin Nahm ergötzen /
So muß ELISABETH hier auch bey JACOB stehn/
Die bey der Liebe Band des Höchsten Finger sehn.
So tritt mit Ihr das Glück zugleich in Deine Thüren/
Der GOtt der das gethan läst sich noch ferner spühren;
Du kanst HOCH-EDLER jetzt gedoppelt glücklich seyn/
Und aller Wünschen trifft mit Deinem Seegen ein.

Mit diesen Wenigen wolte gegen das Hoch-Edle verlobte Paar seine Schuldigkeit glückwünschend beobachten

Gottfried Weiß.

OMmen inest rebus: lætum Tibi pronubus omen
Annulus (adspirant Numina) SPONSE dabit.
Gemmeus est totus, totusque adamante coruscat,
Invictusque cupit dicere quam sit Amor.
Flammantes spargit radios, virtutibus Ipse
Quam variis splendes, quam Tua SPONSA micat.
Septem collucet grossis adamantibus orbis,
Irradiat socium lumine quisque suum.
Fallor ego, aut Lucina Tibi tot pignora spondet,
Prodibitque recens ex adamante genus:
Aut, septem in septena placet si ducere, surgent
Tempora concordi perpetuanda thoro.
Felix, cui similes cesserunt Numina gemmas!
Huic vita ex voto gemmea tota fluet.

Pauculis hisce Nob. Neosponsis ex æquo applaudere voluit

Sam Theodor. Schönwald.

(O)